



8
DISSERTATIO INAUGURALIS
MEDICO-CHIRURGICA
DE STRUMIS
QUAM
PRO LICENTIA
GRADUM DOCTORIS
MEDICINÆ AC CHIRURGIAE
OBTINENDI
DIE XVIII JULII A. R. S. MDCCXCI
PUBLICE DEFENDET
AUCTOR
FRANCISCUS ERASMUS LAURENT

EX SULZ INFRA NEMUS HAGENOENSE.

H. L. Q. C.

ARGENTORATI,
TYPIS PH. J. DANNBACH.

© INSEETABIO IN AUCUNALIS
MORBO-CMIRURGICIS

D E S T R U M I S

STUM

PRO LICENTIA

GRADUM DOCTORIS

MEDICINAE AC CHIRURGICAE

OBTINENDI

DIE XVII JUNII M. DCCCLXXII

LEODICE DEBET

AUCTOR

FRANCISCUS ERASMUS HARTWIG

LE SUIS IURIS MENSUS HAGENORUM

M. D. C. C. L. X. X. I. I.

LEODICE DEBET
FRANCISCUS ERASMUS HARTWIG



CELEBERRIMO,
D E X T E R R I M O V I R O ;
L A U R E N T I O M A R C H A L ,
C H I R U R G I A E M A G I S T R O J U R A T O ,
C H I R U R G O P R I M A R I O N O S O D O C H I I
C I V I C I ,
N E C N O N A R C I S A R G E N T I N E N S I S ,
C O R R E S P O N D E N T I
S O C I E T A T I S R E G I A E M E D I C A E P A R I S I E N S I S ;
C O N S I L I A R I O A U L I C O
S E R E N I S S I M I P R I N C I P I S F U R S T E N B E R G E N S I S ,
E T C : E T C :
P A T R U O A C F A U T O R I S U O
B E N E V O L E N T I S S I M O
D A T , D I C A T , D E D I C A T
H O C O P U S C U L U M
A U C T O R
D I L E C T I S S I M A E U X O R I S E F R A T R E F I L I U S .

CARRISSIME PATRUE!

*L*aborum meorum primitias, quas Tibi dedico, in
Tuam recipe tutelam : quas si minus laudandas
judicaveris, operam saltem et conatum, precor,
aequi boni consulas ; sin alicujus tibi videbuntur
pretii Tuoque non indignae applausu, omnia mihi
vota cumulatissime adimplebunt. Ecquod enim ju-
diciu majore erit ponderis atque autoritatis, quam
judiciu Viri, qui perpensis sagaciter omnibus
theoriae principiis, ea toties ipsis in aegris, tan-
quam in lydio lapide, experiendo probavit ? qui non
vanis occupatur scientiae systematibus, sed in tan-
tum theoriam magni aestimat, in quantum ad so-
lumen humanitatis, unicum artis scopum, dirigitur ;
qui non otiosa dando consilia munere suo fungitur
ipse opem ferre inscius, sed ingenio efficaci, dexte-

riores ubicunque manus dirigente, optatam novit miseris salutem impertiri; qui jam non arti sua decora, sed cui ars ipsa novum debet splendorem et incrementum.

Non me fugit, PATRUE CARISSIME, dicturos invidos, grati me animi sensu in adulationem fuisse abreptum. Sed estne quisquam, qui me adulationis possit insimulare, cum scierit, quam longe lateque Tuum ubique nomen, Tua fama pervagetur? cum didicerit Te a viris principibus summis non semel honoribus affectum: ab aliis quidem longinquas in regiones accitum, ut quam apud domesticos frustra quaesierant, a Te extero opem salutemque acciperent; ab aliis Te omni invitationum genere suam in

aulam advocatum, ut ibi sedem et domicilium figeres, essesque in variis, quibus humana vita subjacet, casibus potens ac celere levamentum; a regibus ipsis ad te missos adolescentes summi ingenii speique eximiae, ut artis Tuae arcana edocti olim in eorum regno primarii fierent iidemque peritissimi Chirones? cum viderit, numerosam quotidie omnibus e locis ad Te confluere juventutem, cupidam ex Te ipso et praecepta et modos ediscendi, quibus opitulari caeteris aliosque servare possint? cum denique audierit, quam sollicite, Te vel leviter aegro, ingens multitudo hominum, quos suis liberasti aerumnis, a Deo sospitatores sanitatem Tibi longiorisque vitae moras efflagitet? Tot tamque praeclara de Te iudicia sunt meritorum Tuorum argumenta certissima,

*meque liberant ab omni, etiam minimâ suspitione
adulationis.*

*Vive igitur felix in DECUS et SOLAMEN PATRIAE,
cui modo amoris Tui novum dedisti documentum!
Vive laetus sub denso laurorum Tuarum umbraculo
et ad seram usque senectutem fruire jam maturis
laborum Tuorum fructibus! Haec sunt publica vota:
haec vota*

CARISSIME PATRUE!

Dabam Argentinae

Die XIV Julii anni MDCCXCI.

addictissimi Tibi ac devotissimi

FRANCISCI ERASMI LAURENT

Ex Sulz infra nemus Hagenoense.



Inter praecipua artis nostrae desiderata illud merito reponimus; ut scilicet singuli quique morbi in tot species subdistinguantur, quot sunt causae constantes a quibus producuntur, et singularum specierum proponantur signa characteristica, nec non medendi methodus cuilibet opportuna. Eadem potissimum ratione, qua id factum videmus a Botanicis, qui sub generali nomine alicujus plantae V. G. Cardui, plures carduorum species comprehendunt.

G. BAGLIVUS Oper. Medico-pract. l. II. c. IX

CARRISIME PATRI!

Dobro Argentinas

Die XIV Julii anni MDCCCL.

Abdicatione Tibi ac devotione

FRANCISCI ERASMI LAURENT

Ex solo infra nemus Hagenoense.

CAPUT I.

§. I.

Definitio.

Difficile licet sit adeo diversos autorum de strumis conceptus recta quadam hujus nominis definitione counire, videtur tamen ex comparatione plurimorum optimorumque autorum, qui de tumoribus colli egerunt, *Strumam*, *le Goître*, *der Kropf*, vocari quemlibet in ortu suo lentum et indolentem gutturis tumorem, cujus sedes vel est in glandula thyroidea aliisque parvis glandulis circa guttur, vel solummodo etiam in ipsa inter has partes et guttur aut tracheam sita tela cellulosa et membranis; qui sive ab insolita humorum aggregatione in glandula thyroidea folliculisve adiposis vel ab extensione aëris in cellulosam dictarum partium intrusi ortum suum habet.

Hac ratione de struma sentiunt FABRICIUS ab AQUA-PENDENTE (a): *Struma in collo est tumor in glandula aliqua ex iis, quae asperae arteriae adjacent, potissimum in iis quae sub laryngem hinc inde ad asperae arteriae*

(a) Operat. Chirurg.

latera ponuntur; JUNCKER (a): *struma est excrescentia spongiosa glandulas prope asperam arteriam frequentissime occupans, et in magnam saepe molem procrescens.* STAHL (b): *Die Kröpfe nehmen ihren Sitz ordentlich an den Seiten der Luftröhre, woselbst sonst kleine Drüsen zwischen dem Schlunde und der Luftröhre liegen und zwar auf beyden Seiten;* SAGAR (c): *Struma est excrescentia varia gutturis, non purulenta neque inflammatoria;* CALLISEN (d): *Struma est intumescencia gutturis, indolens, volumine, figura, duritiei gradu diversa. Residet illa in glandula thyroidea aliisque minoribus gutturis glandulis;* PLENCK (e): *Sein Sitz ist vorzüglich in der glandula thyroidea;* RICHTER (f): *Der Kropf ist eine an den vordern und mittlern Theilen des Halses in der thyroideischen Drüse sitzende Geschwulst;* SELLE (g): *Struma est tumor glandulae thyroideae; nonnunquam tamen in partibus atque aliis nisibus vehementibus humores etiam in telam cellulosa partium laryngi adjacentium ingredi possunt;* LAUTH (h): *Struma est glandulae thyroideae tumor duri-*

(a) *Conspectus Chirurg.* Halae 1731. Tab. XXX.

(b) *Einleitung zur Chirurgie* Lpz. 1730. cas. 50. p. 508.

(c) *Syst. morbor. symptomat. ex CULLEN kurzer Imbegriff der medicinischen Nosol.* Lpz. 1786. T. II.

(d) *Institut. Chirurg.* Haflniae 1777. l. 1. c. 11. §. CCCXX. p. 14.

(e) *Von den Geschwülsten.* p. 88.

(f) *Chirurg. Bibl.* III. p. 458.

(g) *Medicina clinica.* Berol. 1788. p. 405.

(h) *Nosolog. chirurg.* Argent. 1788. p. 74.

tiesque: KORTUM (a): Interim mihi convenientissimum videtur, ut nomen strumae solis glandulae thyroideae tumoribus reservetur, sive endemicum hoc malum sit, sive ex aliis causis ortum; et hac denique ratione nos aptamus usui, dicendi magistro, quo pulveres contra hunc morbum nominamus pulveres strumales.

§ II.

Nomen Bronchocele.

Non minus notum et autoribus vulgare ejusdem affectus nomen est *Bronchocele*; et quidem ethymologice non ineptum. Nam *Bronchocele* vel sola nominis ratione tumorem denotare videtur in gutture orientem; omnis quippe tumor apud Graecos $\kappa\lambda\lambda\eta$ noncupatus fuit, tertē AETIO (b) licet alios alia ducat ratio. Apud CELSUM (c) leges: *At in cervice inter cutim et asperam arteriam tumor increscit, Brochocelen graeci vocant.* SENNERT (d) dicit: *Parum refert juxta consuetudinem Bronchocelen quoque strumas appellari.* VAN SWIETEN (e) habet: *Frequenter in anteriori et conspicua asperae arteriae parte tumores apparent, et saepe ingentis molis, quos cum*

(a) De vitio scrophuloso. Lemgoviae 1789. P. I. Sect. I. §. 4.

(b) Tetrabiblos quarta. Serm. 3. c. 6.

(c) per CRAUSE. cap. XIII.

(d) Praelect. 1. 2. P. 1. c. 25.

(e) Comment. IV. p. 145.

credant oriri ab insigni nixu, a clamorè valido vel in puerperii laboribus, hinc ad hernias sive rupturas retulerunt, et vocavere Bronhocelen. JUNKER (a) tradit: *Struma est &c.* — dicitur a nonnullis Bronhocеле. Scribit DE LA FAYE (b): Il y en a qui lui ont donné le nom de Bronhocеле par similitude, comme qui diroit, hernie des bronches; les Grecs l'appellent aussi βρογχοκήλαι, de βρόγχος, qui signifie l'apre-artère et de κήλαι, hergne; parce que la tumeur qui se fait à cette partie est semblable à celle que font les hernies. SELLE (c) pariter utrumque nomen confundit.

Sunt tamen, qui Brohocelen distinguunt a strumis et pro tumore ab his omnino diverso habent. Ait sic FREINDIUS (d): *Tumores quoque in glandulis thyroideis saepe contingunt, quales non revera Bronhocelae sunt, licet ita perperam vocentur, sed strumae aut scrophulae in collo; MORGAGNI (e): Riolanus inter Bronhocelas, quos longe a strumis differre censet, glandulam ponit thyroideam, productiorem, quae sarcoma producit, mihi vero accidit, ut tot inter quae dissecui tumentia colla, vitium omne in thyroidea glandula semper offenderim;*

(a) l. c.

(b) Cours d'operat. de Chirurg. Paris 1740. p. 639.

(c) l. e.

(d) Opera medica Paris 1735. ubi de albugasi. p. 263.

(e) L. IV. Epist. L. art. 30.

DOLAEUS (a): *Bronchoceles sedes proxima sunt membrana duplex Bronchi sive asperae arteriae.* PLENCK (b) tantum speciem quamdam strumarum Bronchocelem vocat, ut et DE LA FAYE (c). FABRICIUS AB AQUAP. (d) hanc differentiam constituit, quod Bronchocele sit tumor in glandula aliqua, sed supra arteriam asperam obortus, atque ita Bronchocelem sumit pro abscessu aliquo penitiori membranae incluso ad Bronchon i. e. asperam arteriam enato.

§ III.

Differentia inter strumas et scrophulas.

Multi maximo errore et summe vituperando strumas confundunt cum scrophulis. FREINDIUS in hoc vitium incidit, ut elucescit e loco supra citato. Pariter BLANCARD (e) hic hallucinatur, dicens: *Interdum fere omnes glandulae sunt affectae praesertim colli, cervicis, axillares, inguinales, mammae, ut et pulmonum, thymi et mesenterii; aliquando mobiles sunt, saepe solitariae, aut plures in uno loco. Sub mento Bronchocele appellantur.* Dein hic etiam reprehendus THOM. WHITE (f), uti

(a) Encyclop. chirurg. l. 11. c. 11. § 2.

(b) l. c. p. 171.

(c) l. c. p. 640. in nota a.

(d) l. c.

(e) Oper. medic. et chirurg. Lugd. 1701. T. 11. p. 469.

(f) *Ueber Scropheln und Kroepfe. Offenbach am Main 1788.*

ex toto ejus opusculo de scrophulis et strumis videndum; essentialis quippe differentia intercedit inter strumas et scrophulas, unde omnes fere autores cum MORGAGNI consentiunt, strumam veram oriri in glandula thyroidea, et nemo dubitat, in glandulis lymphaticis scrophulas residere. Glandula vero utraque ad unum idemque genus nequit reduci, et thyroidea non aliam relationem habet cum systemate lymphatico, nisi qualem Lien, Pancreas, et aliae. Hinc in strumis non compatiuntur glandulae conglobatae, nec vice versa. Sed in scrophulis simul plurimae et saepe innumerae per totum corpus glandulae afficiuntur. Strumae praeterea scalpello perscrutatae, aërem, cartilagineam, calcaream, lardeam, melleam materiem, excrescentias carnosas et in omnibus summam vasorum dilatationem exhibent, cum contra in scrophulis omnino contraria locum habeant, et lympham in glandulis lymphaticis degenerata nihil tale, nihil simile in exitu suo ostendit. Verbo: regio, aetas, locus, exitus, ad reliquum corporis systema relatio, methodus curandi inter strumas et scrophulas magni et essentialis momenti discrimina indicant.

7
C A P U T II.

§ IV.

Species.

UT ordine quodam debito pathologicum et therapeuticum quid de strumis possimus proferre, has ad species suas reducere necessario requiritur.

Strumae autem obvie et primario dividuntur in veras et spurias.

§ V.

Strumae verae.

PER strumas veras intelligimus, quae certis regionibus quidem sunt endemiae; ast et quotidie in quolibet loco in nonnullis hominibus observantur; hae vero suam sedem unice habent in glandula thyroidea, absque ut illa tamen ab aliqua in corpore existente interna causa intumescat. Endemiae strumae videntur, referente LAUTH (a), in Hispania, Corinthia, Styria; affirmante HEISTERO (b), in Suevia, Bavaria; autore COL DE VILARS (c), in Sabaudia; teste PROSSER (d), in Comitatu Darbensi; narrante SELLE (e) in Tyroli, Helvetia, in Galliae pro-

-
- (a) Dissert. de glandula thyroidea. Argent. 1742.
(b) Institut. Chirurg. P. II. Sect. III. Cap. CIII.
(c) Cours de Chirurg. Paris 1764.
(d) RICHTERS chirurg. Bibl. I. 1.
(e) l. c.

vincia Delphinatus et Gevaudano; me autopo in Tabernis-montanis et in insula St. Ruperti prope Argentinam.

Hae strumae in origine sibi similes, lapsu temporis serius ocyus in diversas degenerant species, potius ob curandi methodos, quam ob causas ingenerantes non praetereundas et quidem hoc respectu habentur:

1°. Str. Meliceris. TH. BONETUS (a): *ex Bronchocelis aliquae ad melicerides accedunt*; COL DE VILARS (b): *le troisième Bronchocele est une espèce de meliceris, puisqu'il contient une matière jaunâtre de consistance de miel.*

2°. Str. Atheroma. VAN SWIETEN (c): *quandoque hi tumores continent materiem albam, griseam*; COL DE VILARS (d): *le second Bronchocele est une espèce d'Atherome, qui renferme une lympe épaisse et blanche, semblable à de la bouillie*; RICHTER (e): *Bald sind sie einer kalkartigen Geschwulst ähnlich.*

3°. Str. Steatoma. BONETUS (f): *Ein speckartiger Kropf ist der, wenn die schildförmige Drüse mit einer Speckmaterie angeschwollen ist*; PLENCK (g): *Alia ad steatoma accedunt*; COL. DE VILARS (h): *Le quatrieme Bronchocele*

(a) Sepulchretum. Genevae 1679. T. II, p. 1523.

(b) Comment. IV, p. 60.

(c) l. c. p. 308.

(d) l. c.

(e) l. c.

(f) l. c.

(g) l. c.

est une espèce de steatôme, dont la matière est ferme, blanche, grasse et ressemble à du suif; RICHTER (a): Die Kropfe sind bald einer speckartigen Geschwulst ähnlich, bald u. s. w.

4°. Str. Sarcoma. BONETUS: in quibusdam reperta caro stupida i. e. dolore carens, aut parvum inducens. FREINDIUS (b): modo in materiem carnosam abeunt. PLENCK: ein Fleischkropf ist, wenn die thyroideische Drüse sich in eine fleischartige Masse verwandelt hat. COL de VILARS: le Bronchocele charnu, qui se nomme aussi en latin Botium ou Natta, est suivant Guy de Chauliac une grosse excroissance de chair comme celle des fesses appellées en latin Nates, d'où il a pris son nom; RICHTER (c): der Kropf besteht zuweilen aus einer fleischartigen Geschwulst. IDEM (d): die Kröpfe sind oft auch einem Fleischgewächse ähnlich. IDEM (e): einige dieser Kröpfe waren fleischigt anzufühlen.

5°. Str. cartilaginosa, ossea, lapidea. NICOLAI (f): Egomet ante annum intuitus sum glandulam thyroideam strumosam, cujus portio inferior in os degeneravit, carpi

(a) l. c. VIII. p. 23. Richtiger Gebrauch des Bleyextracts. Halle 1783.

(b) l. c.

(c) l. c. III. p. 458. Lupiologie par M. GIRARD.

(d) l. c. VIII. p. 23.

(e) l. c. VIII. p. 500.

(f) Dec. obs. Argent, 1725. p. 7.

ossicula conjuncta accurate referens. VAN SWIETEN (a):
 in aliis reperitur calcarea materies, dura, aspera tactu, in
 fungosum lapidem quasi concreta. STOLL (b): glandula
 thyroidea in pugni magnitudinem distenta, mucilaginem
 intra substantiam quasi celluloseam, cum separetur, exhi-
 buit; septis cartilagineis, diversa intus cava, mucu tenui,
 cellulisque membranaceis referta, efformantibus; RICHTER (c):
 andere waren kartilaginös anzufühlen.

6°. Str. scirrhusa. STAHL (d): manche sind derbe
 und harte oder Steinkröpfe. Diese weil sie skirrhös sind
 u. s. w.; HFISTER (e): aliae denique scirri ad instar
 induratae, respirandi et deglutiendi facultatem laedunt.
 PLENCK: ein skirrhöser Kropf u. s. w.

7°. Str. carcinomatosa. STAHL: diese aber weil sie
 skirrhös sind, führen Gefahr beysich; denn wo man durch
 ungebührliche Arzneyen zu solchen Geschwülsten einen
 starken Zutrieb des Bluts zuwegen bringt, so entsteht
 gar leicht ein Krebschaden daraus. HEISTER: vel ma-
 lignae prorsus existunt, paulatimque in cancrum abeunt.
 CALLISEN (f): Struma ad seram senectutem innocua tol-

(a) Comment. IV. p. 60.

(b) Rat. medendi. Viennae austriac. 1780. P. III. p. 399.

(c) l. c. VIII. p. 500.

(d) l. c. p. 549.

(e) l. c.

(f) l. c.

leretur, dummodo laryngi pectorisve cavo nullam inferat injuriam, aut in carcinoma, quod quidem rarissime accidit, mutetur.

§. VI.

Strumae spuriae.

Strumas spurias appellamus, quae in opposito cum veris nunquam sunt endemiae, quae aliquam corporis cacochymiam pro causa agnoscunt, et quae non in glandula thyroidea sedem habent. Sequentes species hic recencemus.

1°. Str. aquosa. FREINDIUS: hi nonnunquam tumores aqua pleni sunt. VAN SWIETEN (a): certe talis tumor aquosus occurrit, de quo ita BOERHAVE: quin et arteria aspera in anteriori et conspicua parte, quacunq[ue] vi lympham stagnantem colligens, Bronchoceles saepe speciem exhibet: si observatur, ut autores scribunt. STAHL (b): andere Kröpfe sind wässrige Geschwülsten. PLENCK: ein Wasserkropf u. s. w.

2°. Str. aërea. FREINDIUS: hi tumores modo nihil praeter aërem continent. STAHL: etliche von den Kröpfen sind Windgeschwulsten. PLENCK: die Geschwulst der Schilddrüse am Hals, welche durch Luft herfürgebracht wird,

(a) Comment. IV. p. 145—146.

(b) l. c. p. 549.

heist ein Windkropf, Bronchocele; LALOUETTE (a): en ouvrant d'une femme morte deux jours après l'enfentement, la glande thyroïdienne du côté gauche constée, elle s'affaissa; RICHTER (b): der Kropf bestehet zuweilsn aus einer Windgeschwulst.

3°. Str. sanguinea. FREINDIUS; *alia est aneurismati similis*. BONETUS (c): *aneurismatis quaedam soboles sunt*. HALLERUS (d) affert exemplum aneurismatis carotidis, quod tumorem in collo strumosum simulabat, hic aure et maxilla inferiore, in clavicula terminatus.

4°. Str. herniosa. DE LA FAYE (e): *il survient quelque-fois à la gorge une véritable hernie qu'on peut appeller proprement Bronchocèle ou hernie de la trachée-artère; car elle est formée par le déplacement d'une partie de la membrane intérieure de ce conduit. Cette membrane en se dilatant passe entre les anneaux cartilagineux de la trachée-artère et forme à la partie antérieure du col une tumeur. Cette espèce de maladie, dont M. MVYS dans ses observations et MANGET dans ses notes sur BARBETTE font mention, est fort rare et nuit beaucoup à la voix et à la respiration.*

(a) Mém. de Math. et Phys. présentés à l'acad. 1750. T. I, p. 168.

(b) l. c. III. p. 458.

(c) l. c.

(d) Opusc. patholog. obs. VI.

(e) l. c. p. 640. dans la note a.

5°. Str. scrophulosa. PLENCK: *ein scrophuloser Kropf u. s. w.*: Dans le nouveau Dictionnaire de Med. (a): *les tumeurs scrophuleuses ou d'autre nature qui ont leur siège dans la glande thyroïde.* KORTUM (b): *Sic v. g. malum hoc a vitio scrophuloso ortum, struma scrophulosa dicatur.*

6°. Str. metastatica. DAPEYRON DE CHEYSSIOL (c): *une fille âgée de quinze ans, qui avoit une tumeur dure, mobile, indolente, de la grosseur de deux tiers du poing, située à la partie antérieure du col, fort sujette depuis son bas age, jusqu'à un ou deux ans près à ce qu'on appelle vulgairement fluxion sur la gorge, aux oreillons, aux parotides et aux gonflement des glandes maxillaires, dont elle avoit été délivrée par le moyen de quelque emplâtre de la classe sans doute des repercusifs, qu'on lui avoit appliqué sur les glandes gorgées et qui faisoit l'époque du commencement de son goitre.*

7°. Struma cystica. Hic refero tumores colli cysticos, qui in antica et laterali ejus parte uti in aliis corporis regionibus oriuntur, de quibus fere omnes loquuntur autores, et qui sicut tumores cystici in genere subdividi possunt.

Liceat hic inserere id quod in E. N. C. (d) legitur:

(a) Paris 1772. T. III. p. 336.

(b) l. c. par. 1. n. 1. §. 1. p. 1. §. 1. p. 1.

(c) Journ. de Med. Chirurg. et Pharm. A. 1768. T. XXVIII. p. 343.

(d) Dec. II. A. X. p. 13.

Cum uxor prolem impensius desideraret, tandem evenit, ut ipsi tumor in sinistra colli parte oboriretur, qui indies augescens, et doloribus tandem comitatus acerbis, quietem vix concedebat. Ipsa firmiter vivum aliquid in tumore contineri sibi persuasa, post mortem aperire jussit. Quo facto foetus humanus medii degiti longitudinem largiter aequans, in quo cranium, manus et pedes optime discerni poterant, inveniebatur, qui alimentum a mammaria sinistra acceperat.

CAPUT III.

§ VII.

Causa proxima strumarum verarum.

Causa strumarum verarum proxima, inextricabile autoribus videtur esse enigma: plurimi plurimis enim contradicunt. Inter alias, hae tamen duae maxime jactantur sententiae: pars una scilicet pro ductus vel ductuum glandulae thyroideae excretoriorum obstructione, altera pro ipsius atonia, ut causa proxima militat. Sed cuncti evidenter confundunt causam proximam cum remotis: et cum harum plures existere possint et revera existant; causa autem proxima semper tantum unica sit et eadem, hinc autores tam incerti (a), tam divisi, hi

(a) THOMAS WHYTE über Scropheln und Kröpfe: im Anhang vom Uebersetzer p. 111. Ist bey den wahren Kroepfen, wie bey den wahren Scropheln die naechste Ursach staets einerley?

in hanc, illi in illam opinionem feruntur nec ad firmum quid statuendum concordant.

Causa proxima est ea qua posita ponitur morbus; hinc patet nec ductuum excretoriorum obstructionem nec illius glandulae atoniam causam proximam strumae verae haberi posse, quippe haec obstructio, haec atonia existere potest, quin struma vera adsit, et vice versa, sed immediate struma vera pendet a *congestione liquidi in cavis (a) glandulae thyroideae majori copia secreti (b)*: ea igitur jure causa proxima strumae verae ponitur.

(a) BOECKLERUS (diss. de gland. thyroid. etc. funct. Argent. 1753. § 8.)
 „ ex cunctorum horum vasorum (arteriarum, venarum, vasorum lymphaticorum, nervorum) congerie convolutioneque multos parvos ac distinctos acinos,
 „ rotunda frustula aut vesicularum speciem exhibentes, oriri, et ex eorundem filatae telae ope connexionem ac communis membranae involuione
 „ conglutinatam glandulam extrui, nudo intuitu, sectione et eidem succurrente armato oculo detegimus; LALOUETTE (l. c. p. 162.) „ j'ai d'abord
 „ coupé la glande thyroïdienne suivant sa longueur, j'ai avec le microscope
 „ examiné sa substance intérieure, et j'ai trouvé un nombre infini de petits grains arrondis, placés près les uns des autres; ce sont ces grains que
 „ MORGAGNI appelle *frustula rotunda*: ils étoient transparens, et si j'y faisais
 „ une légère section avec la pointe du scalpel, il s'en écouloit une humeur jaunâtre, très gluante, et qui se dissipoit très promptement „

(b) LAUTH (l. c. § XI.) „ Glandula est, et structura ejus cum structura reliquarum glandularum exacte convenit: atque cunctae sic constructae
 „ glandulae inserviunt secretioni liquidi cujusdam, ergo et haec secernere debet; LALOUETTE (l. c. p. 171.): „ on ne peut pas, je crois, considérer
 „ cette masse glanduleuse, recevant une aussi grande quantité de vaisseaux artériels et de nerfs, sans concevoir en temps, qu'elle est un
 „ organe sécrétoire capable de séparer une grande quantité de liquide. „

Causae remotae strumarum verarum.

Talis congestio, causa proxima strumarum verarum, ex multivariis recte dirivatur fontibus, qui interim tamen ad dicendas modo classes commode referuntur, inter quas sese offert.

CLASSIS PRIMA.

Atonia.

Quando solidae glandulae thyroideae partes nimis sunt relaxatae, liquida in eam, quippe quae minorem ipsis opponit resistantiam, copiosius feruntur, quod hic praecipue locum habet in tanto arteriarum ad glandulam thyroideam tendentium concursu; insuper ob idem debilitatum robur humores adducti in tanta copia, quanta sunt ingressi, expelli nequeunt, unde pedetentim accumulatur, sua copia glandulam hinc distendunt, illinc comprimunt, totumque sic turbant ejus oeconomiae ordinem: oriuntur extumescitiae, concretiones, membranae, cartilagineae, alienae materiae et mire extensa vasa. Hanc vero atoniam producent:

1^o. Plurimae actiones violontae ut quae fiunt paturiendo, clamando, onus elevando, supra caput portando, vehementius ridendo, vomendo, faeces alvinas duriores exprimendo, quibus omnibus sanguis versus superiora

superiora cogitur, quibusque spiritu simul retento, supra limites summe tenduntur, extenduntur, dilatantur colli membranae, musculi, vasaque, ita ut postea irruentibus humoribus excipiendis, prona sint atque ad se continuo magis amplianda.

2°. Jctus, lapsus, strangulatio aut alia quaecunque contusio, qua disrumpuntur, dilacerantur, disjunguntur, separantur, distenduntur, dislocantur, sine sanguinis tamen extravasatione, glandulae thyroideae partes solidae; unde turbantur ejus functiones, laesis ejus organis; retardatur ejus humorum circuitus, vasorum ejus debilitata vi vitali et musculorum adjacentium inertia ita ut coacervetur liquor secretus et excernendus continuo affluens.

CLASSIS SECUNDA.

Ductus vel ductuum excretoriorum (a) obstructio.

Hac orta materia in folliculis contenta et ulterius evacuari impos, affluxu semper continuato colligitur, accu-

(a) Etiamsi sub judice lis sit, an illi ductus existant excretorii? tamen inficias iri nequit in folliculis glandulae thyroideae reperiri quemdam humorem: hic autem humor absque sui corruptione stagnare nequit, ergo continuo ea quantitate, qua novus deponitur, auferri antiquior debet: an vero hoc peragatur per ductus excretorios aut per vasa resorbentia aut exhalantia? parum nobis hic refert: hoc sensu tradit VAN SWIETEN (Comment. IV. P. 145.): » cum ergo insignes arteriae ad hanc glandulam tendant, venae » inde redeant et innumeris corpusculis rotundis, cavis, humorem continen-

mulatur, folliculosque glandulosos mirum in modum distendit.

tibus, constat, videtur hic omnis apparatus ad liquidi secretionem adesse, quod si in folliculis accumulatum, inde impediatur exire, illos sensim magis magisque distendere poterit et insignes producere humores.» Ratio cinatur interim ita LAUTH (l. c. §. XI.) cum denique laryngi et oesophago haec glandula adhaereat, probabile est, liquidum a glandula secretum, vicinioribus i. e. laryngi et oesophago potius inservire quam partibus remotioribus. Liqueorem vero ejus, esse naturae oleosae, blandae, ex statu naturali et praeternaturali demonstravimus, quin ergo in obliniendo oesophago et aspera arteria munus suum exerat, vero est simillimum. Partes certe istae ob deglutitionem bolorum aridorum et ob continuum itum reditumque aeris exsiccantis lubricatione quam maxime indigent. Observamus praeterea eam quatuor musculis, qui a sterno jugulique regione in os hyoides thyroideamque cartilagineam protenduntur, item supernis coracohyoideorum ventribus subjectam esse (scilicet superincumbit per cornua musculis thyroideis, isthmus musculos cricothyroideos investit, et a thyropharyngeis superioribus fibras carneas recipit, qui ex una atque altera parte per quasdam carneas fibras cum fibris sternothyroideorum et hyothyroideorum conjunguntur. Tegitur glandula superius coracohyoideorum aut omohyoideorum ventribus nec non magna sternothyroideorum portione, qui iidem musculis sternohyoideis subjiciuntur, quos denique omnes sub se tenet Platysmamyoides) » ut sic hi musculi nequeant in vociferandi edendis digue motibus ad suos qui retro nempe siti sunt, immobiles terminis omnino contrahi, quin continuo prominens glandula, obnitentibus imprimis retropositis cartilaginibus, comprimatur. Ea cum se ita habeant, si porro respiciamus ad notum divini opificis institutum in salivalibus, in prostaticis aliisque glandulis prope aut subter musculos, ipsis quae humectandae sunt partibus, subvenientes, opportunissime collocatis, sic videtur facile a thyroidea ductulos aliquos fibras tenuissimas promitti, in dictos canales (oesophagum et asperam); nec obstat ductus hos in sensus non incurrere, satis enim hodie norunt anatomici, fibras musculosas aliasque quam plurimas ad sensum tenuissimas revera esse cavas et liquidum transmittere,

Obstructio autem producetur praecipue frigore: hinc frequentior morbus in iis regionibus, ubi aqua frigida

» licet earum cavitas nec setam admittat nec manifesto appareat; LALOUETTE
 » (l. c. p. 171.): Cette glande est molle, celluleuse, susceptible d'extension
 » et de contraction, par conséquent l'abord du sang y est facile. Elle re-
 » çoit quatre artères, dont le diamètre est considérable eu égard à son vo-
 » lume; elle a des fibres charnues, qui la fortifient; elle est exposée à
 » l'action de six muscles; combien de puissance reunies concourent à éla-
 » borer la grande quantité de sang qu'elle reçoit! la deglutition se fait-elle?
 » le bolus en passant dans l'oesophage comprime la glande sur les côtés,
 » comme il est aisé de s'en convaincre. Les sterno hyoïdiens, les sterno-
 » thyroïdiens et les omohyoïdiens se contractent-ils dans les différens mou-
 » vemens de l'os hyoïde et de la langue? cette glande est comprimée sur les
 » cartilages, qui deviennent mobiles par l'action des muscles et par les di-
 » vers mouvemens des cartilages: le liquide qu'elle sépare dans ses cellules
 » est donc obligé d'entrer dans des canaux propres à le recevoir: or cette
 » glande dira-t-on, n'a pas de canal excretoire particulier: mais est-il ab-
 » solument nécessaire, qu'elle n'en ait qu'un? de même qu'elle a quatre
 » artères ne peut-elle pas avoir aussi plusieurs canaux excretoires? Les
 » vaisseaux lymphatiques que l'on voit sensiblement aller de la glande à la
 » membrane du cartilage thyroïde et entre lui et le cricoïde, ne pourroient-
 » ils pas servir d'aqueduc à ce liquide pour le verser dans la cavité des
 » ventricules du larynx près de la glotte, puisque c'est de cet endroit que j'ai
 » vu sortir un liquide lymphatique en comprimant le goitre dont j'ai parlé?
 » cela n'est pas une simple hypothèse; car dans les grands efforts, la glande
 » se gonfle tout-à-coup, et ce gonflement n'est ni l'abord du sang ni de
 » la lymphe, mais la seule introduction de l'air dans sa substance celluleuse;
 » il y a donc des issues dans la trachée-artère par lesquelles l'air peut abor-
 » der à la glande; ne seroit-ce pas les vaisseaux lymphatiques, qui vont
 » aux ventricules du larynx que s'opéreroit ce gonflement de la glande
 » thyroïde? » PALETTE (*Goettinger Anzeigen von gelehrten Sachen* 1790
 110 Stück p. 1112.) liefert eine Beobachtung, das die verstopfte Schild-
 drüse bey einer Leiche in Eyter übergegangen war, und sich in die Lufthrohre,
 die nach vornen zu nur ein wenig entzündet war, ergossen hatte.

copiosius bibitur; in Belgio autem foederato, Frisia praesertim, ubi nihil frigidi, sed cerevisia theaeque vulgo bibitur infusum, nullae cernuntur (a). FREINDIUS (b) ait: *praesertim occurrit, ubi aquam, sicut in aliis calentibus plagis, nive haud sibi temperant, sed ei glaciem admiscent (c): uti mos est vulgi, qui algentes Pedemontii ac Genuae montes incolunt. Vitii ipsius veritas non minus constat, quam quod ii ipsi id aquae hujusce potioni tribuant: neque ex natura frigoris effectum hunc explicare difficile est. Nam liquor inter deglutendum gutturis musculos necessario congelat, i. e. vasa contrahit, eodemque tempore humores per ea circulos incrassat, ex quo oritur stagnatio, obstructio, neque ita multum post in iisdem partibus tumor attollitur.*

Hinc etiam inter Hispanos qui frigidarum potionum usui immoderate indulgent, tumores in faucium glandulis frequentissimi sunt; atque ex iis quae notata sunt a scriptoribus constat, haud modo a liquorum, sed etiam a regionis ipsius frigore produci posse hunc effec-

(a) Act. phys. med. Vol. X. in append. p. 145.

(b) l. c.

(c) Ast vel sine hoc more aquae glaciem commiscendi, monticolae in genere frigidius bibunt, quippe ipsis omni anni tempore aquae ex montium sinibus prorumpunt frigidiores, quam quae in planitiibus scaturiunt. Quando ergo aestatis praecipue tempore, ubi omnes pori hiant, vasa summe dilatata et humores rarefacti sunt, his aquis indulgent, facile illi immediato fere harum aquarum tactu subito constringuntur, haec reserantur et contentus humor includitur, coaglat, strumae germen evadit.

tum; siquidem hos tumores multo frequentius inter septentrionales, quam inter meridionales populos occurrere animadversum est (a).

Cur vero in collo potius et frequentius, quam in aliis partibus hoc contingat, vel et inde adhuc repetendum erit, quod collum aëri pateat plerumque nudum, praecipue in foeminis, quibus ex eadem ratione familiarior hic morbus et quibus praeterea juxta BOECKLERUM (b) glandula thyroidea albicantior molliorque observatur.

Aqua interim non solum suo frigore sed et aliis adhuc qualitatibus nocivis ad strumas producendas suam symbolam conferre videtur. RICHTER (c): *Wirklich ist er zuweilen eine endemische Krankheit, die jedoch nicht sowohl der Luft als dem Wasser zuzuschreiben ist; denn man findet in gewissen Gegenden Staedte, wo derselbe haeufig ist, und nahe dabey kennt man ihn fast gar nicht.*

(a) MÜLLER (von den Drüsen-Verhaertungen p. 22.) » *Es ist wahrscheinlich, daß Drüsen-Geschwülste von einer kalten und feuchten Luft sehr oft herrühren, denn dieses Uebel pflegt in beyden Niederlanden haeufig, in Italien selten beobachtet zu werden. Die Alpenbewohner haben grosse Kroepffe, deren Ursprung man gemeinlich von dem Gebrauch des Schnee- und Eiswassers herleitet (FISCHERI diss. de strumis et scorophulis Bünsgensium). Um indessen meine Meinung offenerzig zu sagen, so scheinen mir diese Geschwülste vielmehr von der heftigen Kaelte zu entstehen, wodurch die Ausführungs-Gaenge der Drüsen krampfhaft zusammen gezogen, und die Saefte verdicht werden.*

(b) l. c. § 7.

(c) l. c. III. p. 458.

CAMERARIUS (a) testatur, quod dentur fontes, ex quibus per aliquot annos si quis bibat, sive sit inquilinus, sive hospes Bronchocele afficiantur; et licet antea collo anserino advenerint, hasque aquas saepius gustaverint, guttura eorum velut taurorum colla, quibus palearia dependent, referre videbis; HOFMANNUS (b) fontis meminit in pago, *Flasch*, Tigurinae ditionis, scaturientis, qui ob vitium, quod inferre solet, *der Kropf-Brunnen*, audit. Aqua scilicet particulis terreis, gypseis, quas vehit, cruda, duraque nimiam lymphæ inducit consistentiam, vel partibus mucosis, quibus scatet, lenta, crassa, nimiam infert spissitudinem, viscorem, unde glandulae thyroideae ductus excretorii obstruuntur, et tumor exoritur. Contingit autem hoc potius in glandula thyroidea, quam in aliis, quippe praeter causas alias ibi copiosius et frequentius simul concurrentes, maximum contribuit subtilitas emissariorum, quae tanta est, ut, cum illa in omnibus aliis organis secretoriis reperta sint, hîc detegi neutiquam adhuc potuerint.

Objicies forsan cum D. LAUTH (c) *Sed vix datur regio calcarea terra magis abundans, quam Campania Gallica, ubi tamen non plures gutturonos, quam alibi inveniuntur*: Ast nonne in calido hoc beatoque omni

(a) Memorab. med. Cent. IX. No. 69.

(b) Diss. de morb. certis region. et popul. peculiaribus § I. Dec. Diss. med. phys. p. 81.

(c) l. c. § 20. in nota.

frugum genere climate vasa magis sunt dilatata, alacrior procedit humorum circuitus, meliusque subiguntur, attenuantur, nec stagnatio, obstructio, sedimenta tam facile locum habent?

CLASSIS TERTIA.

Aër glandulam distendens.

Aër hic in glandulam thyroideam penetrabit, cum per validos nixus vires violente exercendo, spiritum pertinacius retinemus, qui vel per rupturam membranae internae asperae arteriae ut suspicatur PLENCK (a); vel per vasa lymphatica in ventriculos laryngis hiantia, ut opinatur LALOUETTE (b); vel per poros dictae membranae dum ea fortiore dilatatione nimis rarefit, vel alio denique quocunque modo viam invenerit, per quam transiret in hujus glandulae substantiam, illam distensurus, partes a se invicem removendo. In spatium istud tunc sensim accumulatur humor, strumam veram nobis exhibens, unde et PLENCK (c) posuit: *der Windkropf ist gemeiniglich der Anfang zu andern Kroepfen.*

Humor autem ille in glandula thyroidea praeternaturaliter congestus, stagnans, qualiscunque sit, ab initio semper idem pro genii sui in corporibus individuis di-

(a et c) l. c. p. 71.

(b) vide quae relata sunt de eo p. 19.

versitate variisque accedentibus circumstantiis corrumpitur, in diversos degenerat materies, multiformia deponit sedimenta et in multiplices concrevit substantias, atque sic omnes prognerat species, ad strumam veram recensitas (a).

§ IX.

*Causae proximae causaeque remotae
strumarum spuriarum.*

Cum strumae spuriae jam in principiis S. sua natura discrepent, hinc unaquaeque species propriam sibi causam proximam praesupponit propriasque causas remotas; unde has enucleabimus eo ordine, quo illas posuimus.

Causa proxima strumae spuriae est lymphæ in tela cellulosa glandulae thyroideae copiosius collecta. Lymphæ hæc ab arteriis, ad lubricanda hæc loca, ut ubicunque per corpus, secreta et deposita, si ejus resorptio per vasa bibula impediatur, continua sui aggestione, telam cellulosa, partes glandulae connectentem (b) in illius cellulas irrependo, dilatat talesque producere tu-

(a) Omnia quæ de harum strumarum causis remotioribus dixi, nobis adhuc certiora videbuntur, quando perpendimus, quæ etiam a nobis observanda, referuntur dans le *Nouveau Dictionnaire de Med. et de Chirurg.* T. III. p. 336. „Les paysans en sont plutôt atteints que les habitans des „ villes; et in A. E. L. suppl. T. I. Sect. VII. p. 343. : autor (BROWN) „ observat tamen opulentiores, et qui lautius vicitent, potu generosiore „ utantur, rarius eo malo infestari.

mores non moratur. Quod autem ad causas superiores attinet, eadem sunt, ac in hydropibus aliarum partium (a), quibus determinandis, cum fusé ab autoribus, qui de illis morbis scripsere ex professo, expositae sint, hic supersedemus.

Quae strumae aëreae causa proxima sit, videtur rem ex ipsa denominatione esse claram; quae autem sint causae remotae, diximus § VIII. sub classe tertia causarum remotarum strumae verae.

Strumae sanguinae causam proximam, sistit sanguis in glandula thyroidea, saucia ipsius quadam arteria, multus effusus. Qualem laesionem iisdem infortuniis, ut in aliis aneurismatibus spuris hic contingere posse, nihil moratur, quin admittamus.

Proxima remotaeque strumae herniosae causae ex iis, quae sub speciebus de hac struma relatae sunt, non cognosci nequeunt.

Cum strumae scrophulosae causa proxima causaeque remotae non differant ab illis ipsarummet scrophularum, nec de his disserere scopus noster permittat, sicco pede eas praeteribimus.

Struma metastatica proxime progeneratur, ubi materia morbifica ex alia parte defertur in glandulam thyroideam, vel mediate vel immediate eam distendens. Hoc autem remotius praecipue fiet, si locus antea

(a) De his attentius relege, quae supra citata sunt p. 14. in nota (a).

affectus, adstringentibus vel repercutientibus male applicatis fuerit vixatus.

De strumis cysticis, quoad causam proximam, uti etiam quoad causas remotas quin et vel in subsequentibus de ipsa earum diagnosi, prognosi et cura, nihil dicam, dum prae aliis tumoribus cysticis nihil habeant peculiare, nisi quod in collo emineant. Mitto vero istos tumores utpote extra nostros limites positos, et ab aliis viris celeberrimis lucidissime pertractatos.

CAPUT IV.

§. X.

Diagnosis.

Nihil perfecimus morbi nostri species et causas hactenus exponendo, ni simul adjungamus, quomodo una species distinguatur ab altera, ut rite dein sua cuilibet remedia opponi possint: hoc ergo enucleare articulo sequenti conabimur.

Struma Meliceris, est sicut Struma Atheroma tumor indolens, externe aequae ac interne tactu ubique aequalis, fluctuantem fovens materiem; sed contenta in prima materies tenuior est, homogenior, nec tam sabulosa quam in secunda: illa sensim sensimque, hac tamen citius increscit et digito compressa ob majorem materiei fluiditatem celerius redit. In utraque color cutis plerumque non est alienatus, sed in priori tamen interdum flavescit.

Cum his proxime signis suis convenit *Struma Steatoma*, quae est tumor aequè indolens, aequalis tactu, cuti concolor, sed consistentiae firmioris, accedentis ad eam sebi vel adipis vel saponis ut ergo nulla percipiatur fluctuatio et impressa fovea, non nisi aegre restituatur.

Quando struma quaedam indolens, integumentis suis non decoloratis, manibus tractata undique ut carnem ipsam, aequè firmam, aequè renitentem ac elasticam neque tamen ita sensibilem sese exhibet, eam *Strumam Sarcoma* dicimus.

Distinguimus *Strumam cartilagosam, osseam, lapideam*, ejus inaequalitate gibbosa, asperitate summaeque inprimis duritiae non universali, sed hinc inde profunda mollitiae alternata, quo partes illae duriores facile gliscunt.

Universali duritiae, asperitiae superficiali et insensibilitate cognoscimus *scirrhosam*.

Carcinomatosa variaequè ejus subdivisiones iisdem symptomatibus ac alia carcinomata miserrime torquent aegros.

Strumam aquosam adesse contendimus, quando in tumore non dolente, supra quem cutis pallidior aequaliter tensa est, tactu materia percipitur liquidissima, fluctuans, in eo gravitatis quidam sensus ab aegro sentitur, illicque quo aeger inclinatur, praecipua ejus moles vergit.

Aëream adesse affirmamus, cum tumor est indo-

lens, longiusculus, cuti concolor, suaque levitate et caracteristico suo strepitu sese quasi denuntiat.

Sanguineam scimus, dum brevi tempore, valde elevatur tumor latior et inaequalis, cute tectus flavescente, paululum caerulea, praecipue vero aliqua pulsatione ab aegro animadvertendus; mollis est, cedit sub digitis, neque tamen ita redit ut fluida solent.

Herniosam cognoscimus, dum tumor mollis, indolens, concolor cuti, augetur spiritu retento, mox eo misso ad prius volumen imminuendus.

Certiores sumus strumas esse indolis scrophulosae, ubi id virus aliis quoque in corporis regionibus, sua symptomata prodit.

C A P U T V.

§. XI.

Prognosis generalis.

Multum taedii, longae et frustratae curae medicos qui vel a principio tam ex ipsa morbi natura, quam ex experientia multoties repetita, mala praenoscent immedicabilia: multum famae et publicae fiduciae praxi eorum affluit, si ex iisdem fontibus neglectae aut perversae curae mala futura et eventus qualescunque recte praedicere valent; sed et ignorantiae turpe dedecus et contemnatio publica eos prosequitur, si mala, quae praesagiunt non curanda,

aliis sananda derelinquunt. Hinc nos ea quae de strumarum Prognosi tam ex aliorum observationibus potuimus discere quam quae ex ipsius morbi natura eruere, scrupulose hic enarrabimus.

Primum sit, cum de pronuntianda prognosi agitur, inquirere an morbus recens, an vero inveteratus? Nam struma recens, aut quae periodica est, aut in qua humor stagnans ita nondum est degeneratus, ut rursus sorberi possit, universali autorum consensu ea est, quae curationem facillime admittit: ast vel hoc debite restringendum; nempe si adsit nativa ad strumas dispositio, qualis ab autoribus praecipue ex capitis deformi structura desumpta est. SEVERINUS in BONETI *Sepulchreto* (a) hunc in finem tradit: *e secta Bronchocele cadaveris, educta struma librae unius pondo, quae sic adstricta gutturis venis ut mirum quomodo fuerit avulsa, tempora huic homini pressa atque invicem admota sic ut confirmaret aperte iudicium physiognomorum nostrorum, qui temporum angustiam naturalem strumarum effectricem ponunt.* In inveterata vero struma, progressus quem hicce morbus fecit; tempus, quo illud malum duravit; et auxilia, quae ad curationem perficiendam praesto sunt, medicum in ferendo suo iudicio dirigant. Caeterum difficilis est horum tumorum curatio ita ut de iis vere dici possit:

Principiis obsta, sero medicina paratur:

(a) p. 1524.

Ex una parte enim medica curatio quae in strumis recentibus plerumque omne punctum absolvit, in inveteratis rarissimae est utilitatis; chirurgica vero, quae resolutionem vel maturationem respicit, ancipitis est eventus, quippe quae irritando, vel relaxando suscipiatur, saepe humores copiosius allicit, acres reddit, et strumam, quae benigna per totam vitam ferri potuisset, in malignam convertit; quae vero instrumentalis adhibetur, modo irrita, modo plane periculosa deprehenditur, praecipue ob timendam magnorum vasorum hic tam prope cor adjacentium laesionem; ob nimis duraturam et crudelem operationem; ob fortiozem insequentem suppurationem, cui saepius natura aegri impar est; et ob timorem, ne humor affluere solitus, viscus quoddam vitale obruat, inevitabile lethum inducturus.

Ex altera parte autem strumae sibi permissae mala adhuc alia, pejora, lethifera, licet per se non tales, haud raro producant. Illae scilicet, etiamsi saepissime praeter deformitatem (a) sine alio incommodo ad aetatem usque senilem circumferantur, tamen multoties etiam, quando mole et volumine increscunt, varios sensus variorumque organorum supprimunt functiones, et compressis tandem venis jugularibus apoplexia, compresso

(a) Gutturosi Rhaeti, ait HOFFMANNUS, vitium hoc naturae adeo non inter deformitates referunt, ut caeteros, malo isto carentes, collos anserinos per sarcasum appellent.

oesophago inedia, compressa arteria aspera suffocatione perimunt. BROWN (a) narrat circa urbem ST. VITI in Corinthia incolas frequentissime strumis laborare, quae humani quandoque adaequant capitis molem, ut exinde praeterea homines multoties coeci, muti, aut mente capti fiant. COL DE VILARS (b) ait: *Le Bronchocele est quelque-fois dangereux, il peut comprimer la trachée-artère et l'oesophage, causer une suffocation ou empêcher la deglutition: il affoiblit souvent les sens, comme l'ouï, l'odorat, le gout, en comprimant les nerfs, qui se distribuent à ces organes.* LAUTH (c): *Si magnitudine excedit, comprimit asperam arteriam et oesophagum nec non nervos vicinos, unde vox rauca, horrida, deglutitio et respiratio difficilis, suffocativa, homines coeci, muti, mente capti (d).*

§ XII.

Prognosis specialis.

Struma Meliceris et Atheroma eae sunt, quae

(a) A. E. L. T. I. Sect. VII. p. 343.

(b) l. c. p. 312.

(c) l. c. §. 21.

(d) Hominum hoc modo suffocatione, fame aut apoplexia deperditorum innumera exempla extant: TULPIUS obs. med. l. 1. c. 46. KERKERING obs. anatom. 74. PLATERUS Prax. med. T. III. obs. 34. E. N. C. Dec. II. A. IV. append. p. 195. Nov. act. phys. med. T. V. p. 247. HALLERUS Opusc. patholog. obs. VIII. RICHTER *chirurg. Bibl. III. p. 150.* LIEUTAND Hist. anat. med. T. I. obs. 93.

etsi lentissime crescendo procedant, tamen inter omnes ad summam perveniunt magnitudinem, nisi in tempore earum augmento nos opponimus; insuper lubentius in periculosam transeunt suppurationem, ulcera foetida, fistulosa, erosionem vasorum, haemorrhagias lethales parere promptam; nihilominus tamen, ut postea videbimus, felici successu plurima vice sanantur.

Non tam sollicitos de eventu nos habeat *Struma Steatomata*, quae plerumque successu temporis in cartilaginosa, vel osseam indurescit, et sicuti haec per totam vitam mediocris portatur; sed et cum eis nullam saepius aliam sanationem, nisi extirpatione tentatam, admittit, qualem et requirit *Struma Sarcoma*, resolvi et suppurare, nisi maligne, absolute impos; periculosiorem insuper, quippe quae per ampla cujuslibet generis vasa, quibus nutritur, cum partibus vicinis communicat, inde haemorrhagiam aut inflammationem periculosissimam post se trahens.

De scirrhusa, carcinomatosa et scrophulosa struma, relate ad Prognosin, uti et ad curam, nobis pariter praetereundam, ea dicenda sunt, quae de illis morbis in genere docentur; bene tamen perpensis iis, quae sub cura strumae cartilagosae leges.

Struma aquosa et aërea sine omni periculo sunt et facillime curantur; non ita autem sanguinea, dum in his locis ligatura atque compressio fere impossibilis sit et styptica non semper sufficiant: plures licet observationes

vationes doceant, earum radicalem illis obtentam fuisse curam; qualem omnino respuit *herniosa*, quae non nisi palliativam, sed caeterum sufficientem, admittit.

De *Metastatica* tunc demum possumus bonum dare augurium, quando suppressa restituere valeamus.

C A P U T VI.

§ XIII.

Prophylaxis.

Antequam accingamur ad curam, pauca quaedam quae ex praecedentibus sponte fluunt, de Prophylaxi strumarum monenda remanent

1°. Ad praecavendum nobis de hoc malo, in eden-
dis nisibus violentis non diutius spiritum retineamus,
et caput bene pronum inclinemus.

2°. Collum nunquam nimis fortiter constringamus
vinculo.

3°. Evitemus sollicite subitam colli refrigerationem.

4°. Non indulgeamus frigidiori, praecipue aestuantes,
potui.

5°. Moderate alimentis fruamur farinosis, leguminibus.

6°. In cibis aromatum non obliviscamur.

7°. Abstineamus aquis hoc malum inferentibus.

8°. Si illis uti cogamur, eas corrigamus liquido gene-
rosiore.

9°. In locis humidioribus et aëre minus perflatis non degamus, sed bene aërata, calidiora et sicca nos recipiant.

CAPUT VII.

§ XIV.

Cura strumarum verarum.

Claudat denique agmen curandi methodus et videamus, in quantum multiplicia auxilia ab autoribus contra strumas praedicata, ad suam quaelibet speciem sint restringenda.

Quicumque autor de strumis, a multis jam retro saeculis, aut ex professo aut per transennam egit; quicumque practicus de iis consultatur, tanquam unicum et specificum remedium praescribit spongiam ustam; absque ut ideo spes nostra felici semper successu coronata offerri possit. Propius hinc aliquantum eam rimabimur, medicatricem ejus vim ad veros suos effectus limitaturi.

§ XV.

Spongia usta, cur, quomodo, quando adhibeatur.

Spongia, ut docet STOLL (a), dat usta odorem ustis animalium cornubus similem, salem alkalinum volatilem et oleum tale. Qui tunc carbo ramanet; habet salis

(a) Rat. med. p. 187.

fixi quidquam, et ut magnes indicat quid ferri. Si jam vase rite clauso spongia uritur, oleum et sal volatile cum fixis principiis unita manent.

Ubi ergo pulvis spongiae ustae siccus, ut solet, assumitur, tunc oris interioribus partibus, pharyngi, oesophago nec non epiglottidi adhaeret, solida roborat, mucum incidit, abstergit, ductus excretorios ad majorem excretionem stimulat, sicque derivando, deobstruendo, evacuando agit; unde in struma vera incipiente, aut etiam in magis provecta, in qua humor contentus nondum est degeneratus, necdum partes firmæ sunt concretæ, certissimum auxilium præstabit, atque in mollioribus tactu speciebus, struma Meliceris, Atheroma non semper incassum tentabitur et quidem hoc modo: Si homo paululum plethoricus fuerit, venaesectio præmittitur, cum, ubi stasin quamdam humorum solvere cogitamus, vasa primum deplenda sunt, quo humor stagnans facilius resorberi et in circulum recipi possit; altero die emeticum propinatur: mirum scilicet quid valeat in discutiendis glandularum tumoribus motus musculorum citior, encur quoque vomitoria præcipiat BATE (a), quorum virtus præterea in his casibus in *Nov. Act. phys. med.* (b) probatur exemplo, quo virginis cujusdam struma, contra quam varia ante medicamina nihil valere, ultra

(a) RICHTERS *chirurg. Bibl.* V. p. 596.

(b) T. VI. p. 146.

dimidiam sui partem unica emesi imminuta fuit; tertio die purgans salinum subjungitur: quippe praeter id quod sordes primarum viarum ob multivarias rationes educendae sint, enitendum simul est, ut impetus humorum versus tumorem, quem inanire occupamur, procul ab illo ad emunctorium quoddam determinetur; salinum vero praecipimus, quod praeter vim purgantem quam exerit, humeros eodem tempore incidat, attenuet. Haec fiant immediate ante plenilunium, si apud autores fides est, dein quotidie bis, mane et vesperi, scrupulus unus aut drachma semis pulveris spongiae ustae siccae deglutatur, vel quod mihi aequè congruum apparet, omnisero cubitum eundo holus e drachma dimidia illius pulveris sub lingua pedetentim ibi liquescens ponatur, usque ad novilunium: tum intermittatur, et altero plenilunio, praevio eodem purgante, eadem ratione usque ad idem tempus rursus continuatur; non quod praecise influxum lunae credam, sed quia plurimi autores ita volunt, unde HERRENSCHWAND (a) ait: *Comme l'on regarde comme prouvé par l'expérience, que les remèdes contre ces tumeurs operent avec plus de succès pendant le déclin de la lune, on pourra suivre en cela l'opinion reçue*; eo magis cum illa otia a medicamentis non solum in hac, sed et in alijs curis maxime commendantur. De illis PEYRILLE (b) dicit: *qu'on ne pense pas que ce*

(a) Traité des principal. et des plus freq. malad. Berne 1788. p. 174.

(b) Remède nouveau contre les Mal. vénér. Paris 1786. p. 21.

temps, en apparence d'inaction, soit un temps perdu; non seulement le traitement marche d'un pas égal vers la guérison, mais même sa marche n'en devient quelquefois, que plus rapide.

Ubi autem post tales quotascunque repetitiones strumae disparent, non illico ab hoc medicamine cessandum est, quia alias diathesis remanet, qua mox redire solent.

Quibus nunc composita simplicioribus magis arrident, illi spongiam ustam non male combinabunt cum aliis resolventibus, quales formulas omnia exhibent fere dispensatoria.

§ XVI.

Externa quae simul conveniunt.

Durante ea cura interna, externe simul conducent fomentationes cum decocto radicis Bryoniae addito vino et sale ammoniaco, quae laudantur a VAN SWIETEN (a); vel epithemata cum Spiritu Mindereri, quae praedicantur a MICHAELI (b); vel cataplasmata ex duobus manipulis farinae purioris cum pinta una aceti lento igne coctis, quae a GALLIS (c) celebrantur; vel denique cum saliva jejuna, liquore certe salino, frictiones supra tu-

(a) Comment. IV. p. 145.

(b) RICHTERS *chirurg. Bibl. V. p. 127.*

(c) DU HAMEL *Hist. acad. reg. scient. L. II, Sect. VII, c. 1. §. 10.*

morem repetitae, quibus equidem plurimum confido; de iis enim VAN SWIETEN (a): *Per frictiones fit successiva et repetita saepius vasorum mollium compressio et laxatio; hinc frictio supplet reciprocum illorum vasorum motum. Possumus per frictiones, premendo liquida ab apice versus basin, facere ut arteriae venae fiant, sicque ducere obstruens immeabile ex angustis arteriarum finibus in latiore locum: relaxata parte mox pellitur iterum in priores angustias: dum hoc fit saepius, idem erit perfecte, quod in Vespertillione viderit LOEWENHOECKIUS i. e. itu illo et reditu atteretur et dividetur illud obstruens, sic ut transire possit in venas. — — Quantum autem valeant frictiones in resolvendis obstructionibus, docent observationes medicae. Parotidem glandulam induratum plurimis illisque efficacissimis remediis frustra tentatam, resolutam vidi, dum bis de die vapor aquae tepidae cum aceto exposita prius parte, pannis laneis perfricaretur per horam. Idem in strumosis colli glandulis observatum est saepius. Porro in RICHTERI *Bibl. chirurg.* (b): vom öf-tern Reiben und gelinden Drucken verspricht sich der Verfasser sehr viel. Er hat offenbahr gesehen, dass die Geschwulst kleiner davon geworden ist; et alio loco (c): äusserliche Mittel schaden zuweilen, mehrentheils helfen*

(a) Comment. I. p. 199.

(b) III. p. 458.

(c) I. 1. p. 168.

sie nichts, doch kann man allenfalls die Geschwulst mit trockenen Tüchern oder auch mit nüchterm Speichel reiben.

§ XVII.

Regimen quod eodem tempore requiritur.

Aegri vitae genus tunc temporis totum ad humores attenuandos, imminuendos et ad circulum eorum promovendum tendere debet. Multum hinc movebitur ille, haustus frigidiores evitet, cerevisialia, lactea, acida, spirituosa non potabit, vino sobrie et aqua multum temperato utetur, ab alimentis abstinebit farinosis, mucosis et digestu difficilibus; refrigerationem extimescat, somnus sit moderatus, et tempestate pluvia, ventosa domi se teneat.

§ XVIII.

Fontes medicati Sulzbaadenses prioribus remediis substituendi.

Qui praeferunt aquas soterias et ad sanitatem recuperandam deliciis balneorum simul frui amant, summo cum fructu Sulzbaadensibus fontibus medicatis, in vicinia beata Molzhemii scaturientibus utentur, de quibus omni mane quaedam pocula haurient. Aquae illae secundum experimenta a D. D. FOURCY et RAULIN instituta, salem marinum basi terrea et alkalina fixa et parvam portionem ferri ejusdem salis marini summe

hic volatili acido dissoluti continent; unde me illos fontes contra strumas praedicantem sequentes ducunt rationes:

1°. Maxima ipsis est analogia cum spongia usta, uti ex utriusque analysi patet.

2°. Omnes fere autores remediis suis contra strumas salina et terrea admiscent.

3°. In *Nov. act. phys. med.* (a) legitur: *EBERHARD GMELIN*, ubi loquitur de *GREG. MENSURATI* remedio contra strumas, dicit, qui mirandus sane effectus non nisi eorum terreorum, pulveris istius partem fere dimidiam constituentium, virtuti septicae, quae experimentis *PRINGLIANIS* nunc constat, tribuendus esse videtur:

4°. Consultit *PASTA* (b): après avoir fait précéder la saignée et les purgatifs, de prendre tous les jours pendant un mois et demi, un verre d'eau de mer, avec laquelle on fait en même temps des fomentations sur la tumeur.

5°. *MELLIN* (c) habet: auch schon *RONDELET* mischte seinem Kropfpulver eine grosse Menge gedörrtes Küchensalz zu. Mehrere Beweise von seiner auflösenden Kraft findet man in dem Landarzt. Eine kropffartige Geschwulst wurde in drey Monathen geheilt, indem die Kranke alle Morgen einen Theelöffel voll Salz genommen.

(a) T. VI. in Append. p. 386.

(b) *Nouveau Dict. de Med. et de Chirurg.* 1. c.

(c) *Praktische Mat. Med.* Erf. am Main 1789. unter dem Artikel Kochsalz;

6°. Refertunt E. N. C. (a), hominem quemdam ab immani struma ejusmodi aquarum potu altero jam die liberatum fuisse.

Præterea non parum simul conducet loci et aëris mutatio, quippe qua sola interdum strumæ sanantur; sic RICHTER (b), postquam descripsit quomodo 36 pueros gutturonos tempore trium hebdomadum liberaverit strumis, inquit: *Wie vielen Antheil die Veränderung des Quartiers bey dieser Cur gehabt, erhellet auch daraus, das ein Schustersgesell, der auch im Stift wohnte, seinen sehr grossen Kropf ohne alle Arzneymittel, blos nach verändertem Quartier verlohren.*

§. XIX.

Struma qualis sit aperienda.

Ubi Struma Meliceris et Struma Atheroma, dictæ curæ non cedunt, scalpello aperiendæ sunt et materia est educenda; vel sequendum est exemplum D. PETIT (c) en ejus verba: *trouvant le Bronchocele universellement amolli et reduit en fluide je me determinai à l'ouvrir en me servant de mon trois-cart canelé, dans l'intension de faire une ouverture plus grande s'il étoit nécessaire; mais ayant trouvé la matière qui sortoit très-fluide et sans*

(a) Cent. IX. et X. p. 56.

(b) chirurg. Bibl. VIII. p. 500.

(c) l. c. p. 208.

odeur, je la tirai toute par cette ouverture et cette seule ponction suffisoit pour operer la guérison. Nec una hac vice sed pluribus postea, omnem unica tali punctione peregit curam, ita ut ad has species referendae sint illae strumae, quae fonticulis, setaceis aut fortuito vulnere sanatae sunt.

Antequam tamen sic fiat in Struma Atheroma, illa aliquamdiu sicut sequens Struma Steatoma tractanda est. In hac scilicet primo eo enitendum, ut illa ad Strumam Meliceris, tunc operandam, reducatur, id quod interdum obtinebimus, dum omnes qualescunque evitamus copiosiores evacuationes; corpus liquidis calidis ingurgitamus, praecipue infusis theae, sero lactis tepido, jusculis carnis vitulinae, sale quodam medio, sale alkalino foetis; dum dietam supra praescriptam hic scrupulosissime observamus et praeterea cibis animalibus potius nutrimur quam vegetabilibus, jam non in sicco sed humido aere viventes; dum tumorem emplastris tegimus resolventibus, his modo in casibus laudem vere merentibus, ut quae irritando humores alliciunt, et densitate sua materiem perspirabilem et calorem concentratum retinendo, sic multum in emolliendo juvare possunt.

§ XX.

*Struma quatenam sibi permittenda et cur non
exstirpanda.*
Quando desiderata mollities in Struma Steatoma

non insequitur, sed ea potius in Strumam cartilaginosa, osseam etc. ut solet, transit, tunc, ut in hac, omnis ars scopo excidit. Durior, resolutionis spem nullam relinquit et malo ipso pejor esset exstirpatio. Nam PLATERUS (a) jam observavit, talem tumorem vel in cadavere non nisi horae spatio necdum integre, sed relictis hinc inde portunculis solutu difficillimis, a collo separatam fuisse; et HILDANUS (b) refert, se recusante, temerarium quemdam, facillime et absque ullo periculo strumam excindere se posse audacter promississe, sed aegrum spiritum Deo reddidisse sub ipsa operatione, quale exemplum et ALBUCASIS (c) nobis transmisit, factum nescii cujusdam artificis narrans, qui in hoc casu vulneratis in cervice arteriis aegrum extemplo occidit. HALLERUS (d) ait: *an vero ideo in tanta mole vasorum, quae cum ipsa glandula crescit, in tanta vicinia jugularis internae venae et arteriae carotidis, in tanta frequentia communicantium arteriarum thyroidearum superiorum et inferiorum, amputatio inter probabiles operationes sit, ego quidem vehementer dubito*; FREINDIUS (e): *ubi hoc modo tumor iste se habeat, etsi ABAETIO non fuisset admoniti, morbum natura sua plane incurabilem esse ex anatomia*

(a) Observ. Mantissa. Basileae 1680 obs. VI.

(b) E. N. C. Cent. III. obs. 35. p. 216.

(c) FREINDIUS L. c.

(d) l. c.

(e) l. c.

liquido perspicere possemus: neque enim ab ullo medicamento intus sumendo vel extra applicando, tumorem solvi posse credo; neque vero cautus quispiam chirurgus, me autore, talem tumorem extirpare tentaverit, ne aut venam aut arteriam aut nervum recurrentem incidat. Unde patet omnes illas strumas, quas autores ligatura, erosione, excisione sublatas jactant, ad cysticas esse revocandas.

Raro admodum exemplo, quod non nisi auctoris ipsius ampla arte, sagaci dexteritate, et ingenio ad omnes eventus prompto imitaberis, glandulam thyroideam ipsam semel fausto omine excissam reperio. D. MARCHAL ad nobilem quemdam A. 1771 Monachum vocatus fuit, ipsi opem suam chirurgicam laturus. Eodem tempore ibi foemina 30 annorum contra strumam, qua a prima jam juventute laborabat, ab eo auxilium petit. Tumore bene examinato, en sedes est ipsa glandula thyroidea, quae in tantam molem increvit, ut arteria aspera fortissime compressa, aegra non nisi erecta spiritum ducere possit. Ille, bene perpenso licet extirpationis periculo, tandem tamen ratiùs habet, dubia tentare, quam aegram certae tradere morti. Foemina est cordatissima. Incisa ergo cruciatim cute, undequaue tumor solvitur et ultimo scinduntur vasa, quae licet singula statim digitis comprimantur, tamen tantos sanguinis torrentes ejaculant, ut duos ejus assistentes linquat animus, non ipsum ingenii activitas. Bona fortuna servus adest eorum loco aliquantum succurrens. Vasis imponuntur spongiae BROS-

SARDICAE, hae teguntur turundinibus, et hi ulterius linteis carptis, spleniis et fasciis firmantur, ita ut totum exhibeat conum inversum, qui insuper ad majorem contra haemorrhagiam securitatem, aegra lecto imposita, per 24 horas manu vicarii continetur. Tertio die aegram febris invadit incipienti suppurationi tribuenda, lintea non nisi sponte cadentia pedetentim desumuntur, ulcus deligatur lege artis et sic intra duos menses, sine aliis supervenientibus malis symptomatibus, ad parvam nec deformem citatricem perducitur.

§ XXI.

*Alia sibi non permittenda, licet nec sananda,
nec exstirpanda.*

Artis angustiae nos pariter retinent, si ad Strumam Sarcoma annihilandam requirimus, de qua cert o illud valet: *factum infectum fieri nequit*, cujusque respectu STAHL (a) inquit: *der Augenschein bey Eröffnung dieser Kröpfe weiset, dass selbst die Substanz der Drüse so ausgedehnt und so unförmlich groß gewachsen sey. Welcher vernünftige Mensch aber wollte sich in die Gedanken kommen lassen, ein solches Stück derbes und festes Fleisch mit zertheilenden Mitteln wiederum auseinander und die Drüse in ihre vorige natürliche Größe zu bringen.*

(a) l. c. p. 551.

Sed ideo non simus otiosi, quippe in immensam molem et in exulcerationes abire pessimas, summo cum vitae periculo, haec praecipue minatur, quod ut provide avertamus, non quidem resolventibus, sed adstringentibus ac exsiccantibus supra tumorem positis; regimine avaro, exsiccante; suppuratione forti in aliis locis excitata; evacuationibus largis continuo prolicitis, absolute opus est. Illis scilicet efficiemus, ut partes solidae nimis laxae contrahantur, vasorum lumina excoecentur, impedito humorum circulo omnia concrecant; his obtrinebimus, ut humorum massa imminuatur, ad alium locum derivetur, et e corpore superflua educatur. Necessario autem cura quaedam praeparatoria, pro obviis indicationibus instituta, praemittitur, ne humores peccantes in partem irruant nobiliorem, omnis generis mala, mortemque ipsam producturi.

§. XXII.

Cura strumarum spuriarum.

Ad debellandam strumam aquosam praeter ea, quae in hydropibus generatim prosunt, impatiens sese obtrudit remedium illud a DAFÉYRON DE CHEYSSIOL (a) nobis insignitum: ille scilicet testas ovorum tamdiu igni immittit, usque dum fuscae evadant, in subtilem

(a) Journ. de Med. etc. A. 1768. T. XXVIII. p. 343.

terendae pulverem, de quo mane et vesperi scrupuli duo in vino bono rubro assumi debent ea lege, ut aeger aliquot horis ante et post ab omni potu et cibo abstinere. Actio, uti narrat, fiet per diuresin, unde curae praemittere jubet, lenia purgantia et diuretica, quibus viae urinariae aperiantur et praeparentur ad medicamenti effectum. Ipse cura plerumque perficitur intra 30 dies, id quod ex quatuor allatis ab autore exemplis confirmatur. PASTA (a) et PLENK (b) suadent omni mane duo cochlearia aceti squillitici propinare. CORTILIUS (c) laudat aquam genistae omni mane ad uncias quatuor cum saccharo tepide hauriendam, vel pulverem ejus florum cum melle, et BONETUS (d) ipsi assentitur.

Haec interna, plurimum adjuvabit nunc cum succo recenti paratum unguentum digitalis purpureae tumori infricatum, nunc fumigatio illius cum spongia urente, nunc vero fomentatio cum aceto squillitico. PLENK (e) tradit spiritum mastichnium cum alumine contra plurimas strumas aquosas egregios praestitisse effectus; quod autem tum modo adhiberi vellem, cum struma jam imminui videtur.

De struma aërea curanda ita ratiocinatur LALOUETTE (f): *Enfin, comme le goitre survient quelquefois à*

(a) l. c.

(b et e) l. c. p. 90.

(c) MELLIN l. c. sub articulo Genistae.

(d) Mercurius compilatitius Genevae 1683.

(f) l. c. p. 173.

*l'occasion des cris ou des efforts violens, et qu'il est prouvé, que l'introduction de l'air dans la glande thyroïde est la cause du gonflement subit auquel elle est sujette, ne pourroit-on pas proposer dans les premiers instans du gonflement l'application des repercussifs, pour rendre à cette partie le ressort qu'elle a perdu et par une légère compression chasser l'air qui s'y est introduit? Ne pourroit-on pas alors par une ponction, qui n'entraîne aucun accident, vüider ce liquide, qui avec le temps formeroit une tumeur considerable? Hanc ergo punctiorem tentabis, et si remedia topica, quae sola hic indicantur, magis placent, roborantia, spirituosa, adstringentia, aromatica adhibebis. Votis respondebunt frictions cum pannis siccis repetitae, et compressiones leniores, quae multum extolluntur a D. GIRARD; sic maxime indicatum nobis videtur Unguentum ex uncis duabus extracti GOULARDI, uncia una olei terebenthinae, uncia una cum semisse axungiae leporinae et drachma dimidia olei petrae compositum, quod describitur in RICHTERI *Bibl. chirurg.* (a) quo saepius per diem tumor infricatur.*

Etiam si de strumae sanguineae curatione primo intuitu videatur desperandum, tamen illi medemur, dum usque ad fontem mali penetramus illum obturari: hoc fiet secundum experimentum D. MARCHAL §. XX. spongia Brossartica, aut praeunte

(a) VII. p. 24.

ACREL (a) spongia cerata; hicce ait: Die Unterbindung war hier wegen der tiefen Lage der Schlagader unmöglich: styptische Mittel und solche, die eine Ruffe zuwegen bringen (echarotica) waren wegen der Menge der Nerven misslich und die übrige blutstillende Mittel, wie die Erfahrung gelehrt hat, weniger zuverlässig. Daher wählte ich einen mit Wachs zubereiteten Schwamm, der Stückweise in die Grube eingesteckt, und an den Blutstrom gelegt wurde. Oben darauf und ringsherum wurden feine Carpie, Compressen und eine feste Binde gelegt. Hierdurch hielt der Blutstrom ein. Am achten Tag wurden die Schwämme heraus genommen, und die Heilung erfolgte in der siebenden Woche.

Verum non modo hæc cum spongiis obturatione, sed etiam ligatura interdum succurri potest, quando ramus arteriæ quidam minus profundus origo mali reperitur, quod confirmatur exemplo in E. N. C. (a).

In Struma herniosa ut in aliis herniis non incarceratis cura tantum palliativa locum habet, quæ tota absolvitur, dum collare plumbeum vel lamellam plumbeam, fasciæ aut vinculi peculiaris subsidio firmatam, collo circumdamus, sic effecturi, ut insanabilis licet, attamen non adeo grandis illa evadat.

(a) *Chirurg. Vorfaelle* art. XXXVII.

(b) Dec. II. A. V. p. 453.

In cura Strumae metastaticae omnis cardo in eo versatur, ut morbi locales, ut evacuationes solitae, quibus sublatis denique struma enata est, convenientibus remediis primo restituantur, ubi tandem struma, uti una ex prioribus tractanda erit.

Errata graviora.

Pag. 2 lin. 12 lege loco PLENCK — RICHARD; lin. 13 loco RICHTER — PLENCK; in nota (f) adde — RICHTERS. Pag. 5 lin. 5 loco in — non in. Pag. 8 in notis loco (b) — (c); loco (c) — (b) (d) et (h). Pag. 12 lin. 10 loco in — inde. Pag. 24 lin. 10 loco spuriae — aquosae; lin. 15 refer (b) ad notam (a) in pag. seq. Pag. 25 in nota (a) loco 14 — 15. Pag. 28 lin. 14 post medicos adde — latet.

F I N I S.

ULB Halle

3

004 592 964



Mer 1 + 12







8
DISSERTATIO INAUGURALIS
MEDICO-CHIRURGICA
DE STRUMIS
QUAM
PRO LICENTIA
GRADUM DOCTORIS
MEDICINAE AC CHIRURGIAE
OBTINENDI
DIE XVIII JULII A. R. S. MDCCXCI
PUBLICE DEFENDET
AUCTOR
FRANCISCUS ERASMUS LAURENT
EX SULZ INFRA NEMUS HAGENOENSE.

H. L. Q. C.

ARGENTORATI,
TYPIS PH. J. DANNBACH.